BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 252r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et omnis familia eius communicauerunt omnes
de sacrificio altaris sancti laurencij martiris.
Posita autem mensa priusquam cibum sumeret.
uenerunt milites et tenuerunt eum. et per-
duxerunt usque ad decium cesarem. Cui cesar
ait. Numquid et tu magus effectus es
quia corpus laurencij abstulisse diceris. T.
Tunc sanctus ypolitus cum iam glorie corona
parata erat ad laudem constanter respondit
dicens. Hoc feci non quasi magus sed quasi
xpianus. Et quia agnoui ueritatem. dere-
linquens uana et superstitiosa ydola de-
moniorum in quibus diu uobiscum erra-
ui. et ad iracundiam prouocaui auctorem
vite perpetue. ideo alienatus sum a uobis
et desidero eius uestigia sequi cuius cor-
pus me abstulisse testaris. Tu Quo
audito decius cesar ira commotus iussit
os eius lapidibus contundi. et expolia-
uit eum ueste qua erat indutus in habitu
xpiano. et dicit ei. Sacrifica dijs et